

279.

J. 328^a



INSTITUTUM INVENTIVUM ET RATIONEM
QUIA LAPIDIBUS IN PHYSICIS

AD ACADEMIAM
MAGISTRO

DE
CONTEMPTIONE MYSTERIORVM
TEMERARIA NOSTRAE
AETATIS

DISSERIT

SIMVLQVE

VIRO MAGNIFICO

EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO

DOCTISSIMOQVE

IOANNI DANIELI TITIO

AA. M.

PROFESSORI PHYSICES IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
PVBL. ORDIN. COLLEGII PHILOSOPH. SEN. FACVLTATIS
PHILOSOPH. LIPSIENS. ASSESSORI, CONVICTORII ELECT.
INSPECTORI, ACAD. ELECT. SCIENTIAR. VTILL. MOGVN-
TINAE, SOCIETATT. ELECTOR. OECON. LIPS. PHY-
SICARVM DANTISCANAE ET BEROLIN. LIBER.
ART. LIPS. TEVT. ET LAT. IENENS. SOCIO

QVI

PER XXX ANNOS SOCIETATI SCRIBENDO AC DISSERENDO SE
EXERCENTI SVMMA INDVSTRIA PRAEFVIT ET DILIGENTIA

DE

FELICI INGRESSV NOVI ANNI MDCCLXXXX

COMMILITONVM NOMINE PIA VOTA

OFFERT

IOANNES CHRISTIANVS BEYER

LICHTENBERGA - HERMVNDVRVS SACR. ET HVM.
LITT. CVLTOR.

VITEMBERGAE,

TYPIS TZSCHIEDRICHIANIS



DE
CONTENTIONE MYSTERIORVM
TEMPERARIA NOSTRAE
AETATIS
DISSERTATIO
SIMVLQVE
VIRO MAGNIFICO
EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO
DOCTISSIMO QV
IOANNI DANIELI TITIO

AA. M.

PROFESSORI PHYSICES IN ACADEMIA VITENBERGENSI
PVBL. ORDIN. COLLEGI PHIILOSOPH. SEN. FACULTATIS
PHILOSOPH. LIBENS. ASSessorI CONVICTORII ELECT.
INSPECTORI ACAD. ELECT. SCIENTIAR. VTERIQVE
THIAE SOCIETAT. ELECTOR. ORCOM. LIBS. PHY.
SIGILLVM DANITSCANAE ET BEROLIN. LIBER.
ART. LIBS. TEVT. ET LAT. LIBENS. SOCIO.

QVI

PER XXX ANNOS SOCIETATI SCIENTIAR. AC DISSEMINANDO SE
ILLUSTRISS. SYMMA. PAVSTINA. PRAEVI. ET DIGNISS.

DE

FELICI INGRESSV NOVI ANNI MDCCCLXXX
COMMITTONVM NOMINE PIA VOTA
GERTT
IOANNES CHRISTIANVS BEYER
LITTE. CVLTOE. HERMANNVS SACR. ET HUM.

VITENBERGAE
TYPIS TRESCHNERIANIS



VIR MAGNIFICE,
EXCELLENTISSIME, AMPLISSIME, DOCTIS-
SIMEQVE, PATRONE ATQVE PRAECEPTOR
OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDE!

Virtutes Tuas si enumerare vellem, acta profecto
agerem, siquidem omnes tanta ob eruditionem
qua polles et doctrinam Te colunt veneratione, vt laude
nostra facile carere possis. Cum vero sperare possimus,
fore, vt gratiae, quas Tibi, venerande praeceptor, im-
mortales debemus, Tibi non sint iniucundae, occasionem,
eas palam Tibi persoluendi, arripere liceat. Nam per
XXX annos societati eorum, qui scribendo ac differendo
se exercent, indefessa praefuisti sedulitate, adeo, vt non
doctorem solum, sed patrem etiam Te agnosceremus.
Nullum enim, Tuum in re quauis auxilium imploran-
tem, tristem a Te dimisisti, sed quocunqve modo, id
quod et ego, cui his literis vt gratularer commilitones
humanissimi demandarunt, cum, morbo mortifero op-
pressus, per amicum plane singularem Te adirem, inpri-
mis sum expertus; Te rogantibus succuristi.

Nihil

Nihil igitur in votis habemus, nisi vt Deus ter opti-
 mus maximus, cuius propitio numine hodierno die no-
 vum ingrederis annum, Te per longam annorum feriem
 saluum atque incolumem esse iubeat, quo non societati
 solum Tuo moderamine grauissimo florenti vsui, sed
 academiae etiam nostrae totique rei literariae ornamento
 esse possis. Tuam vero coniugem dilectissimam libe-
 rosque optimae spei et indolis omni felicitatis genere
 Deus ornet, ita, vt omnis deliciarum abundantia exinde
 in Te optimum patrem et fidelem redundet. Vale atque
 amore Tuo nos et imposterum dignare.

T V I
 VIR EXCELLENTISSIME, CET. CET.
 CLARISSIMI NOMINIS

CVLTORES OBSERVANTISSIMI

- Traugott Carolus Augustus Vogt, Groslebia - Thuringus, art. salut. cult.
 Fridericus Samuel Kämpfe, Strehla - Misnicus, iur. vtr. stud.
 Ioannes Guilielmus Hilliger, Niedergersdorffensis, sacr. litt. cult.
 Ioannes Christianus Beyer, Lichtenberga - Hermundurur, sacr. et hum.
 litt. cultor.
 M. Ioannes Carolus Magnus, Torgauensis, sacr. litt. cult.
 Ioannes Ehrenfried Fridericus Hoffmann, Thuringus, sacr. litt. cult.
 Ioannes Gottlieb Koehler, Kobitzschio - Misnicus, iur. vtr. stud.
 Ioannes Fridericus Gottlob Loeser, Reinsberga - Misnicus, sacr. litt. cult.
 Fridericus Henricus Chalybaeus, Papparoda - Montanus, sacr. litt. cult.
 M. Christianus Augustus Cubasch, Budissa - Lusatus, sacr. litt. cultor.
 Carolus Henricus Gritzner, Knerbizio - Variscus, sacr. et hum. litt. cult.
 Ioannes Gottlob Fritsche, Walbeo - Variscus, sacr. litt. cult.

§. I.

Varios in hunc modum exordium dicitur
§. I.

Nemo profecto nescit, seculum, quo vivimus, ob ingentes, quos
homines in omnibus fere doctrinarum generibus fecerunt,
progressus, dignum esse, quod iustis laudibus efferatur. His quoque
theologia novam, quam induit, speciem acceptam refert. doctores
enim religionis nobilissimos, ea, quae veteres magno studio et dili-
gentia exstruxerunt, forti et virili animo, tanquam superuacanea atque
inutilia destruere interdum videmus. Maiorem veritatis speciem vira
pars prae se ferat, diiudicare ego non ausim. Hoc tamen monere
liceat, magnam illuminatorum, qui dicuntur, partem, de rebus gra-
uissimis iisdemque ad religionem christianam pertinentibus, non nisi
alterius verba temere repetere atque omne iudicium differre. Qua-
propter, ubi rationes illius, cuius in verba iurarunt, desunt, ea, quae
aduersus religionem protulerunt, cuius praecepta ipsi non satis tenent,
defendere nequeunt, victas aduersario manus porrigunt. Nihil vero
nostra aetate magis impugnarunt, quam doctrinam de mysteriis.
Qua re permotus: de *Contemptione mysteriorum temeraria nostrae aetatis*
paucis differere mecum constitui.

§. II.

Omnis disputatio, quoniam secundum Ciceronem a definitione
proficisci debet, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, hac
quoque re in tractanda, ut ordinem quandam seruemus, sic versabi-
mur, ut primum explicemus, quid mysterium sit, et quotplex; deinde,
omnes fere gentes mysteria religionis statuisse, exponamus; tum
contemptioem mysteriorum esse temeritatem probemus; ac dubita-
tiones denique, quas afferunt aduersarii de vtilitate eorum, tollamus
et nostrum tandem iudicium addamus.

§. III.

Varios mysteria vario modo explicuisse equidem bene noui. Mea autem, eam si ferre licet, sententia, mysteria sunt doctrinae, ratione causae et modi abditae. Cum vero quaedam illorum, secundum scripturam sacram, ita sint comparata, ut modum eorum, si diuinitus manifestentur, ratio intelligere tamen nequeat; alia contra ea, ut modum eorum, monumentis diuinis edocsa, mens humana percipere possit: in maiora et minora commode mysteria diuiserunt. Illis plerumque doctrinam de Trinitate annumerare solent, quam qui comprehenderet, ne ullus quidem inquam extrit. Horum vero in numero, ut vno tantum exemplo utar, ponunt satisfactionem Christi, quae cur, et quomodo sit facta, non latet.

§. IV.

Complures autem, id quod neminem fere fugit, mysteria esse negant, quibuscum, nisi scripturam sacram, mysteria nobis tradentem, a Deo originem ducere concedant, ego propterea non disputo, quod contra illum, qui principia negat, nihil efficere possumus, atque tempus et operam perdimus. Itaque scripta diuina, utrum, mysteria esse dum confirmant, absurdi quid statuunt, an non potius ipsi humanae rationi egregie se accommodent, inquiramus. nullum enim omnium scripturae sacrae placitorum, e communi christianorum consensu, maiori laude dignum est, quam id, quod sanae rationi vere non repugnat. En vero! nihil fere eidem rationi magis placet, quam mysteria. Quod quidem probare haud in difficili est, modo si ad gentes prouocare liceat, quae sapientia et prudentia reliquas facile superarunt. Omnem veterum theologiam fuisse *ἑμφανῆ* et *μυσικῆν*, siue uti a Dionysio Siculo accepimus *θεολογίαν μυσικῆν καὶ συμβολικῆν*, satis superque constat. Pythagoram quoque acurissimum pristini aevi philosophum non nisi symbolis et mysteriis suam de re qualibet sententiam proposuisse, nemo infitias ibit. Neque tamen ullum, qui Pythagoram haec de re vituperaret, me audire memi-

memini. Quem vero nostrum Eleusinia fugiunt, solemnia Graecorum sanctissima, quae, teste Lakemachero, *a)* *ετρα μυστήρια* siue initia *ναρ' ἐξοχῆν*, dicebantur, atque in maiora et minora pariter distinguebantur? Quae quidem tanta fuerunt sanctitate, ut profanis, ea vulgare, *b)* nefas esset. Ille vero, qui ea in medium proferret, capitis, id quod Alcibiadi *c)* accidit, reus erat. Quid? quod, si Aristophani *d)* fides est habenda, quemlibet de Cereris initiis loqui summa cum veneratione oportuit. Secus facienti metuenda fuit iudicii Areopagitici seueritas, quia haec sacra spernentem suam ipsius felicitatem negligere putarunt, cum summis beneficiis Ceres ornet mystas, Illis autem mysteriis, Cicerone teste, vltimae orarum gentes initiatae sunt, imo Socrates a vesania alienissimus, quem omnium suae aetatis sapientissimum nouimus, quemque Christo interdum antepone nunc isti solent, iisdem se imbui libenter passus est. Mysteria Romanis quoque non inaudita fuisse exinde colligi potest, quia sacra bonae Deae mysteria in vniuersum dicebantur. Et quanta, illa violentem, poena dignum iudicauerint, neminem praeterire puto. Ceteras quoque orbis terrarum gentes, etiam feras, initia religionis credidisse, cum omnibus notum sit, pluribus de eadem re disserere non necessarium videtur.

§. V.

His igitur constitutis, cum omnes fere populi mysteriorum studiosi fuerint, cur ea rideamus, nescio. Contra, maximam hominum partem, solum rationis lumen sequentem, ad religionis initia procliuiorem esse, inde apparet, et, quae scripturae sacrae docent, mysteria.

- a)* Vide Io. Gthofredi Lakemacheri antiquitat. Graec. sacr. part. 4. cap. 2. §. 13.
b) Ovid. de arte etc. lib. II, v. 601. quis Cereris ritus ausit vulgare profanis? etc.
c) Vid. Cornelius Nepos in Alcibiade, cap. III. §. 6.
d) Aristophanes in ranis, v. 457.

mysteria neutiquam a ratione abhorrent humana. Itaque nihil, nisi absentiam iudicii, siue temeritatem significant, qui initia christianae religionis in dubium, diuina monimenta aduersus vocant. Nam in ipsa rerum natura innumerabilia fere mysteria deprehendimus, et nemo ea deridet. aliquam enim grauitatis causam esse, certum est, quae vero praeter reliquas sit statuenda, magnum inter viros doctos est discrimen. Cartesius et Wolfius attractionem, vii dicitur, constituerunt, quam Neutonium reiecit, grauitatem propterea nullam esse iudicans, quod et augeri et minui possit. Haec autem, quae pluribus persequi, tum angusti consilii fines, tum festinatio, vt ea ad finem perducam, quae exorsus sum, prohibent, mittamus, et ad hominem ipsum, quem haud iniue complexum mysteriorum dixeris, veniamus, quis enim mortalium coniunctionem corporis et animi vnquam illustrauit, ita, vt nulla amplius dubitatio superesset? De cerebro eiusque operationibus sane admirabilibus, quarum memoria facile primum locum obtinet, quis est, qui pleni quid definire sustineat? Sic quoque de chylo et sanguine parandis, inprimis autem hic, vnde rubrum accipiat colorem, vsque ad hodiernum diem dubii fumus. Attamen ea, si quis in lusum vertere veller, talem hominem haud dubie dementem existimaremus. Quod cum minus iniuste fiat, quanto magis, religionis initia negantes, sunt vituperatione digni, praesertim, si reputamus, infinitam Deo intelligentiam competere, qua plura nobis dicere potest, quam mente capere possumus? Quae si Voltarius, grauissimus mysteriorum inimicus, cuius de initiis religionis sententiam omnes ferme nostris temporibus, eadem despicientes, quasi ruminant, cogitasset, vitium, in quod, paria non paria comparando, delapsus est, euitare potuisset. Sed, nostra sententia vt facilius intelligatur, ipsum audiamus: *Man sagt uns, ∞ inquit, heut zu Tage, Sakrament bedeuete ein Mysterium; ich bin es wieder zufrieden, ohne nur das mindeste zu wissen, was denn nun eigentlich ein Mysterium sey: dies Wort bedeutete bei den Griechen ein verborgenes Ding. Aber warum muß es denn in der Religion verborgene Dinge geben? Sollte nicht Alles allen öffentlich, Alles allen Menschen gemein seyn, die ein Gott geschaffen hat, und denen eine Sonne leuchtet?*

β) Wenn

β) Wenn man uns sagte, die Anbetung Gottes, die Liebe des Nächsten, die Gerechtigkeit, die Bescheidenheit, das Mitleiden, das Almosengeben, wären *Mysteria*, keiner von uns könnte es glauben. Die Menschen verbergen ihre Entwürfe, ihre Gesinnungen, ihr Betragen niemals, außer in der Absicht, Böses zu thun, und aus Furcht, erkannt zu werden. Warum wollen wir denn etwas in die Religion bringen, das wir im bürgerlichen Leben verabscheuen?

γ) Was würden wir von einem geheimen, einem solchen Gesetze sagen, das kaum von einer sehr kleinen Anzahl Rechtsgelehrten verstanden werden könnte? Wie könnten wir dieses Gesetz befolgen, wenn die Ausleger desselben niemals eines Sinnes wären? Jedes nicht deutliche, präcise, und für jeden Kopf verständliche Gesetz ist nichts, als eine Schlinge, welche die Betrügerei der Einfalt gelegt hat.

δ) Ein mysteriöser Befehl eines Monarchen würde sogar etwas so ungereimtes und unerträgliches seyn, daß ich glaube, es giebt nicht ein einziges Beispiel davon auf der Erde. Wollen wir Gott beschuldigen, er habe etwas gethan, was die unsinnigsten Tyrannen zu thun niemals Wahnsinn genug hatten. Gott sollte nur in Räthseln zu dem menschlichen Geschlechte, was sag ich? zu dem kleinsten Theile des menschlichen Geschlechts geredet haben, um sich den übrigen gänzlich zu verbergen, und sich dieser kleinen Anzahl von Lieblingen, die einander durch so viele Verbrechen die Gnade ihres Herrn abgespröchen haben, nur zur Hälfte zu zeigen? *Merstrus hoc pulvere verum, vt. caneret paucis? e)*

§. VI.

Age, haec, quoniam multis forsan digna videntur, quae accipiantur, paullo diligentius consideremus:

α) Voltarius, qualem *mysteria* in religione habeant vitilitatem, quaerens, ignorare videtur, Deum *mysteriis* fidem explorare hominum,

e) Vid. Voltars sämtliche Schriften. Erstler Theil. Fünfte Homilie über die Kommunion.

num, qui, experientia teste, quae satis cognita habent, non anquirunt amplius, imo parui haud raro aestimant. Deus autem mysteria hominibus committens, sapienti ratiocinatori similis est, qui summam problematis proponit discipulis, quo maiorem ei inueniendae operam nauent.

β) Si verum est, quod aiunt, omne simile claudicare, illud profecto, quod Voltarius l. c. in enumerandis quibusdam Christianorum officiis, vsurpauit, omnium maxime claudicat, quippe, quod ad doctrinam de moribus attinet, in qua nullus Christianorum mysteria, ad solam fidei doctrinam pertinentia, reperiri vnquam contendit. Homines consilia sua, alios decipiendi causa, quamuis interdum celent; Voltarius tamen prudentiam, optima consilia, quae in commodum alterius cepit, occultantem, a fraude et simulatione non fecerunt, a particulari, vii loquuntur, ad vniuersale temere argumentatus.

γ) Comparatio, quam Voltarius, secundum locum supra laudatum, inter regem, hominem erroribus obnoxium, et Deum, naturam omnibus numeris absolutam, instituit, cadit, quod tertium comparationis, vt secundum logicam loquar, deest. Quoniam vero, quae de obscuritate legum monuit, repugnantiam complectuntur, omni fere enucleatione superfedere possum, siquidem nullo modo fieri potest, vt infimae fortis homines, qui plurimam totius generis humani partem efficiunt, omnes omnino leges, quas seruare iubentur, plane intelligant. Insuper vero, si princeps ciuitatis leges promulgat, quarum causas omnibus aperire politica vetat, is procul dubio laudandus est magis, quam notandus.

δ) Quae vltimo loco Voltarius posuit, ex illo, in quem antea inciderat, errore, sequuntur. Vbi autem de mystico summi cuiusdam principis iusso loquitur, obscuritatem, quam vocat, subiectiuam, ab illa, quam obiectiuam nuncupare solent, non satis discreuit. Saepissime enim iussa dat clementissimus princeps et ab omni tyrannide alienissimus, planissima, quae multi ciuium, quia modum principis imperii non perspectum habent, plane intelligere non possunt.

Tali

Tali quoque modo mysteria, quae scripturae sacrae continent, claris verbis et distinctis, hominibus proponuntur, et inde obscuritas, quae dicitur obiectiua, necessario abest. Inprimis autem haec sententia eo corroboratur, quod Deus omnia distinctissime nouit. Causa vero, ob quam hominis ista religionis initia mente assequi non possunt, etiamsi perspicue in libris sacris sunt proposita, potissimum in circumscriptione, qua ratio humana tenetur, latet. Breuiter: Voltario mysteria sunt doctrinae, quarum nihil nouimus. Potius rem ipsam dilucide e verbis clarissimis perspicimus, modum causasque ignoramus. Quis autem a cognitione minus plena ad nullam argumentabitur? Quae, quamuis, rem si recte perpendimus, Voltarius ingenium ad exercendum protulerit, argumentisque speciosis ornanerit, ego propterea non praetermissi, quod, quibus vitur, suam sententiam firmandi gratia, probationibus, multum suauitatis genere dicendi conciliat, vt lectores improvidos facili modo inducere possint.

§. VII.

Sed mysteria religionis, iudicio quorundam aduersariorum, nihil ad vitam bene degendam faciunt. Quam quidem dubitationem vix obtinuerim, nam ex incarnatione Christi, quam appellant, omnia fere officia deduci possunt: Amor erga Deum, qui fons reliquorum, quae Deo debemus, officiorum, ex ortu Christi originem ducit, quia Deum, qui filium suum vnicum humano generi a pernicie liberando dedit, quemque hominum amare oportet. Neque vero minus officia erga homines exinde fluunt. nam humanam, quam Christus, eandem induens, tanti fecit, naturam, maximi quisque aestimare debet, et homines, quos ita Deus amaui, vt filium suum carissimum eos ab interitu retrahendi causa miserit, si quis contemnit, nefas est.

§. VIII

Quae cum ita sint, non habemus, cur mysteria religionis temere illudamus, siquidem mens humana artibus limitibus circumscripta, facillime errare potest. Caueamus igitur, ne, secundum verba Apostoli, sapientes dum nos putamus, stulti euadamus. *f)* Quid enim obstat, quo minus genus humanum, vti Lessingius non male coniecit, *g)* ad maiorem rerum diuinarum cognitionem perueniat, et multa, illam ubi affectum est, quae nobis mysteria videntur, penitus tandem intelligat? Huic quoque sententiae, e progressibus, quos mentem humanam paullatim facere nouimus, sumtae, beatus Loescherus *h)* fauere videtur. Quoniam vero nihil in rerum natura per saltum fieri solet, optime sane nobis consulimus, si, quae in literis sacris nobis obscura videntur, credimus, tempusque expectamus, quo Deus omnia nobis reddet conspicua. P. P. Vitembergae ipsi Cal. Ianuarii MDCCLXXX.

f) Rom. I, 22.

g) Vid. *Die Erziehung des Menschengeschlechts von Lessing*, §. 81. sqq.

h) Vid. Val. Ern. Loescheri praenotiones contra antidogmaticos, tam naturalistas, quam fanaticos custodiendae praenot. IV. p. 260.



Qa 696.8

ULB Halle
001 611 798

3




sb.


400

n.c.

VD 18







DE
CONTEMPTIONE MYSTERIORVM
TEMERARIA NOSTRAE
AETATIS

DISSERIT

SIMVLQVE

VIRO MAGNIFICO

EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO

DOCTISSIMO^{QVE}

IOANNI DANIELI TITIO

AA. M.

PROFESSORI PHYSICES IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
PVBL. ORDIN. COLLEGII PHILOSOPH. SEN. FACVLTATIS
PHILOSOPH. LIPSIENS. ASSESSORI, CONVICTORII ELECT.
INSPECTORI, ACAD. ELECT. SCIENTIAR. VTILL. MOGVN-
TINAE, SOCIETATT. ELECTOR. OECON. LIPS. PHY-
SICARVM DANTISCANAE ET BEROLIN. LIBER.
ART. LIPS. TEVT. ET LAT. IENENS. SOCIO

QVI

PER XXX ANNOS SOCIETATI SCRIBENDO AC DISSERENDO SE
EXERCENTI SVMMA INDVSTRIA PRAEFVIT ET DILIGENTIA

DE

FELICI INGRESSV NOVI ANNI MDCCLXXXX

COMMILITONVM NOMINE PIA VOTA

OFFERT

IOANNES CHRISTIANVS BEYER

LICHTENBERGA - HERMVNDVRVS SACR. ET HVM.
LITT. CVLTOR.

VITEMBERGAE,

TYPIS TZSCHIEDRICHIANIS